



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Quibus modis peccetur peccato hæresis cap. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

quod talis error sit contrarius ei, quod tenet, vel docet Ecclesia. Tertio, quod non aduersetur omnibus, quæ fidei fiunt, sed ex parte, contra aliquas veritates duntaxat. \*Quarto. Quod sit Christiani, id est baptizati alioquin non dicitur hæresis. \* Quinto, Quod tali errori pertinacia adhæreat. Est enim hæc pertinacia adeò necessaria, quod sine vlla nunquam sit hæresis. Pertinacia autem tunc est quando contra Ecclesiam aliquid esse cognoscitur, & nihilominus sustinetur, aut defenditur.

*Quibus modis peccetur peccato hæresis. Cap. 4.*

**T**ripliciter quis peccare peccato hæresis potest. \* Primo tantum interius, cum in corde habet aliquid erroneum cum pertinacia circa materiam fidei. \* Secundo. Exterius tantum, cum quis in corde retinens fidei veritatem, ex-



terius, ita, vel timore perculsus, aliquem in actum fidei contrarium ore, vel opere committit. \*Tertio quando quis interius, & exterius aliquid facit contra fidem, idque aut coram aliis, vel nullo præsente. Omnia ista sunt peccata gravissima, sed primum, & tertium tantum faciunt hominem hæreticum: etsi primum excommunicatione careat: enimvero Ecclesia non iudicat de occultis. Qui vero committit errorem tantum exterius, quamvis excommunicatus, & hæreticus censeatur, nihilominus in foro interiori nulli subiacet excommunicationi, & à quolibet confessario potest absolui. Dubius in fide infidelis est, si tale dubium sit voluntarium, & pertinaciam habeat annexam. altero enim horum deficiente, dubius in fide, infidelis non erit. Hæreticus occultus potest absolui ab Episcopo Conc. Trid. Sess. 24. cap. 6.